

257



Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesens Petrus Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit
Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Quis aliquot emendatae, quas praesens Heinnico Bocero Sr.
pro Doctoratibus in utroque Iuris iuris publicis dis-
quisitioni subiecit Georgio Wolfgang Wilbmannus, Neuw.
Gurgo-Palating Tubinger.
3. Positiones Iuris publicae quas publice discutendas proposuit,
Christophory Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio,
Witteberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesens Christophoro
Bosoldo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger
Tubinger.
5. Diss. de Iure Naturali praesens Johanne Gypsiandro S. V. D.
defensa a Georgio von Broy, Ackenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesens Heinnico Bocero Sr. pro-
posita a Daniele Rantow. Tubinger.
7. Conclusiones de Iurisdictione quas eodem praesens Doctoratibus
in utroque iure insignium sequendum causa publicis censuras
subiecit Johannes Georgii Halbitter. libid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesens Petro Theo-
dorio S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo
discutendas proposuit M. Georgii dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesens Johanne Harprecht. Sr.
pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini
submissa a Georgio Langen. Homb. Tubinger.

10. disp. et iure Minorum, psit Guilhelmo Schmuen. J. V. D. d. f. a.
 de a. Johanne Frig. Min. Div. Nisa. Lipsie.
11. Positionum ex ma. v. g. f. m. g. d. e. a. d. s. d. n. e. quas psit Henrico Boe.
 n. J. C. ventilandas proposuit Christophoro Lebelker. Lips. Tubingae.
12. Disp. et L. Agl. / quam psit Johanne Jacolo Plebst J. C. h. u. e. n. t.
 Daniel et Laurentius a. Wensin. Fratres. Holsati. Tubingae.
13. Deas quæstionum ex ma. g. tractuum re p. f. i. a. n. g. / quam psit
 Valentino Guilhelmo Förster J. V. D. disc. h. e. r. d. a. m. proposuit Geor.
 gy Plareg. Jun. Lips. Wittebergæ.
14. Quæstiones ex p. p. s. e. p. ma. g. tractuum realium, quas psit Johanne
 Harprecht. J. C. defendit Christophoro Harprecht. Tubingae.
15. Disp. et iure, quam contempit publice defendit Andreæ Ma.
 lev. August. ibid.
16. Disp. et re b. g. e. r. e. h. t. i. s. / quas psit Valentino Melasio J. V. D. pub.
 à ventilandas proposuit Jacobo Anngio. Gryphiswald.
 Pomer. Bazileæ.
17. De iuramento litis decisionis decads d. n. e. / quas psit Andrea
 Baiero J. V. D. defendit Michael Pistor. Marco-Cellas. Tubingae.
18. Assertiones et commutato et precario / quas psit Siberto
 Spee, et Gabriele et Bruyn, J. C. L. licentiat. ventilandas
 proposuit Godefrido Siverchia Stromb. Westph. Colon. Agrip.
19. Positiones et estimatio re. d. b. i. c. o. / quas director David Magiro
 J. C. p. a. s. c. i. a. n. d. a. s. proposuit Jacobo Germa. Gertacens. Tubingae.
20. Disp. et emione et venditione, quam psit Christophoro
 Soldo J. C. disc. h. e. r. d. a. m. proposuit M. Wolfgang Jacobo
 Tabler. Campidonegis Tubingae.

21. Diss. de Jure Mercatorum, quam scripsit Christophoro Preibizio,
 J. V. D. publici defensis Andreas Wemitz. Colon. Mox. Lipsiae.
22. Diss. Inauguralis, tum in geō et tractibus nominatis, et de
 scriptis libris et in factum actionibus, tum in spei et tractibus
 des, facio et facias, ut et specificis et seminatis scriptis libris
 et in factum actionibus, quam pro privilegij Doctoratus in utroque Jure
 sequendis publico officio commisit Valentini Melasij Branden-
 burg. Marchii. Basilee.
23. Discursus ad Naturalem. s. et si quidem pecuniam dem. et
 ff. et scriptis libris, quem pro loco in cathedra publica sequendo
 omnium scribitio exposuit Valentini Melasij J. V. D. Jenae.
24. Diss. de Legibus et Hypothecis, quam scripsit Christophoro Bes-
 soldo J. C. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicae dis-
 positioni exhibuit M. Andreas Burckhardt Tubingae.
25. Exercitio de Jure Matrimoniorum, quam patrocinante Johan-
 netto Appello J. C. defendit Johannes Adamus Rappig. Geis-
 tingensis. Tubingae.
26. Diss. de Jure accrescendi, quam scripsit Philippo Hoffmanno,
 J. C. pro Doctoralibus privilegij in utroque iure sequendis, publico ex-
 aminis submisit Johannes Zabelig. Brandenburg. Heide-
 bergae.
27. Positiones de Successione legitima, civili et feudali,
 quas scripsit Dominico Arminio J. V. D. examinatoris propositus An-
 tonij Güntheris Mentanis. Oldenburg. Gene.
28. Diss. de Successione intestati civili, quam scripsit Christo-
 phoro Besoldo J. C. publicae disputationi subiecit Johan-
 non Düring. Tubingae.

29. Theses de Donationibus tam in genere quam in specie, quas scripsit
Wilhelmo Schmuccio, S. V. D. ventilandas proposuit Andreas Lindt
J. H. Berol. March. Lipsiæ.

30. Synopsis Donationum, tum in genere, tum in specie, quas scripsit Johan-
ne Michaeli Benthero S. V. D. ad ventilandum exhibita ab
Andrea Franckenbrogger. Wittenberg. Argentorati.

31. Positiones et Donationes, scripsit Christophoro Besoldo J. C. et
Lectore Christophoro Förstner. Austria. Tübingæ.

32. Diss. de usucapionibus et de ipsi temporis prescriptionibus, scripsit And-
reas Bayero J. C. pro summo in vtroque Jure gradu consequendo
publicæ censure submissa à Mattheo Clausio. V. M. Siles.
Tübingæ.

33. Diss. de Officio Judicis, quam scripsit Henrico Bævero, J. C. pro sum-
mis in vtroque Jure honoribus consequendis publicæ censure submissa
Henrico Bæmeister. Rosoch. Tübingæ.

34. De regulis fidei primæ generatione generentium crediti-
torum in bonis decemorum, disputatio, scripsit Valentino Melasio.

J. V. C. discussioni tradita à Christophoro Frisio. Colon. March.
Lipsiæ.

35. Conclusiones de Privilegiis creditorum, quas scripsit Johan-
ne Harprecht J. C. pro insignibus Doctoratibus in vtroque Jure
consequendis a seipso Johannes Schweigger Tübingæ.

36. Diss. ad l. 1. ff. de v. o. quam scripsit Henrico Bævero, J. C. pro summis
in vtroque Jure privilegiis consequendis hinc Michael Schmei-
cher. Wiennensis Tübingæ.

37. Theses de Fictiōibus, quas p̄sit Christophoro Besoldo. &c. dis-
 cussas proposuit Stephanus Marchdener. Austr. Tübingae.
38. Diss. et Solutione obligatoris p̄ contractū quam eod. p̄sit d.
 ferdis Christophory Henrichy. Augustan. Tübingae.
39. Diss. et Juris, quam p̄sit Andrea Gayero. &c. d. n. s. M.
 Johan Conrady Varenbiler. Stud. arbor. Tübingae.
40. Diss. Juridico-Politica de Crimine Leges, Naves Fatis,
 quam p̄sit Christophoro Besoldo. &c. pro summis in vtroq. iure
 privilegij sequendis publicis disquisitioni submisit Stephanus
 Marchdener. Laureacensis Austrig. ibid.
41. Appellatōum iura thesib. inclusa p̄sit Henrico Bocerō &c.
 pro sequendis summis in vtroq. iure publicis censuras
 submissa ab Henrico Volckmaro. diss. Tübingae.
42. Diss. ad lib. 1. Feud. quam p̄sit Johann Hartrecht.
 &c. pro summis in vtroq. iure privilegij sequendis suis Mar-
 tin. Lymelin. Tübingae.
43. Diss. et Collectis. Praesid. Henrico Bocerō &c. pro obtinen-
 dis summis vtroq. iurum honorib. tribuā Johanne Isaaco
 Andler. Tübingae.
44. Diss. Juridico-Politica de Arcanis Reipubl. et Lit.
 cum et ipsos dignitatis pro gradib. p̄sit Christ. Besoldo.
 &c. defesa a Daniel Ranjuro. eq. hofas. Tübingae.
45. Diss. Juridico-Politica et Nobilitate, eod. p̄sit
 et defesa a Carolo Christophoro Schallenberg. ex. ibid.

Disputatio

9

DE
TRANSACTIONIBVS.

Q V A M,

D. O. M. F.

DECRETO ET AUCTORITATE NOBILISSIMI & AMPLISSIMI IURISCONSULTORUM ORDINIS IN CELEBRISSIMAM TUBINGENSI ACADEMIAM;

SUB PRÆSIDIO

Nobilis & Praclarissimi JC.

DN. IOHANNIS

HARPPRECHTI; ANTECESSORIS IN EADEM ACADEMIA CELEBERRIMI; DOMINI PRÆCEPTORIS SUI PLURIMUM OBSERVANDI;

Pro Summo in utroque jure Gradu & Privilegiis consequendis;

Publico examini submittit

GEORGIUS LANG, NORIBERGENSIS.

Ad diem IX. Septemb. horis & loco consuetis.

os so

TUBINGAE,

Typis Theodorici Verlini

ANNO M.DC.XV.

Præstantiss. & Dn. Gristoffen II. Auditorissim. ad examen hary inuitat Resp



DIPLOMA
DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS

DE
TRANSACTIOIBVS



I.



Disputatio

DE

TRANSACTIO- NIBUS.

ASSERTIO I.

Quæritissimam vitam homines
in terrâ acturos, si hæc duo
verba; *Meum, Tuum*, è naturâ
omnium rerum tollerentur,
rectè putavit Seneca. Ex his enim acerri-
ma sæpè odia, maxima dissidia, innume-
ras ac penè immortales lites (maximè
cùm naturalis hominibus ad dissentien-
dum sit facultas) quotidie nasci vide-
mus; quas finiri ac decidi publicè priva-
timque interest. (a) Hinc ut multa alia
saluberrima in jure nostro prodita sunt
remedia, quibus illæ commodè arceri
profligariq; possunt: ita longè utilissi-
mum,

A 2

mum,

mum, maximeque necessarium *Transa-*
ctionis remedium censetur. (b) De ea, o-
missis longioribus ambagibus, pauca
quædam, cognitu dignissima, proponere
nobis visum fuit.

a) *argumento l. quidam existimaverunt. 21. ff. de reb. cred. l. mino-*
rib. 6. ff. de minorib. 25. ann. l. 2. in prin. ff. de aq. & aquæ plu. arcend. l.
fin. in princ. ff. pro suo. l. properandum. 12. C. de iudic. l. magnam. 12. C. de
contrab. & committ. stipul. c. 1. in prin. extr. de appellat. in 6. Petr. Greg.
Tholos. Syntag. iur. lib. 28. cap. 3. nu. 3. (b) arg. l. fratris. 10. l. non mino-
rem. 20. C. hoc tit. de transact.

I I.

Transactionis verbum, à trans & actio
ductum, modò generaliter, modò specia-
liter usurpatur.

Qua de re consulatur Wesenbec. in paratit. ff. hoc tit. n. 1. Con-
nan. lib. 5. Commentar. iur. civil. cap. 6. num. 1. & Donell. ad Rubr. Cod.
hoc tit. num. 2.

I I I.

In genere transacta dicuntur, quæ vel
pacto, (a) vel jurejurando, (b) vel senten-
tiâ judicis, (c) vel quocunque alio modo
ad finem perducta sunt. (d)

a) *l. tres fratres. 35. in fine. ff. de pact. (b) l. 2. ibiq. gloss. l. admonen-*
di. 31. in fin. ff. de iureiur. (c) l. 1. §. ff. testamenta quemad. aper. l. non mi-
norem. 20. C. de transact. (d) l. transacta. 229. & l. seq. ff. de V. S. l. 1. §. ult.
ff. ad Senatusconsult. Tertyl. l. arbitrio. 18. §. pen. ff. de dolo mal. Duaren.
in Commentar. ad hunc tit. c. 1. novissimè Hunnius in tract. de transact.
c. 1. exercit. 1.

In

I V.

In specie verò transactio definitur: quòd sit conventio, (a) quâ lis dubia (b), præsens vel futura, (c) alteri parti remittitur; non tamen gratis, (d) sed dato aliquo eo nomine, retento, vel promisso. (e)

a) Conventio enim vocabulum generale est, & omnia ferè negotia cõtinet, *l. 1. §. conventionis. ff. de pact. l. cum proponas. 17. C. de transact. & transactio inter convenientes fit. l. qui cum tutorib. 9. §. 1. ff. eod.* Atq; hac ratione distinguitur à re iudicata (quæ aliàs eandem vim cum transactione habere dicitur. *l. non minorem. 20. C. h. tit.*) quòd iudicium etiam in invitum reddatur; illa verò non nisi utriusque partis consensu valeat. *l. inter stipulantem. 83. §. 1. ff. de V. O.* (b) *l. 1. ff. hoc tit. l. præses. 12. C. eod.* quam scilicet adversarii contradictio & eventus litis faciunt. *l. quod debetur. 51. ubi Bart. ff. de pecul. l. ult. C. quibus ad libertatem proclamare non lic. & c.* (c) quæ aliquando moveri timetur. *l. 2. ubi Ias. num. 1. C. hoc tit. Donell. in Rubr. Cod. eod. num. 5. in fin. c. 2. extr. h. tit. Anton. Fab. de error. pragm. decad. 8. error. 10. p. 264.* Nam & ante litem contestatam transactionem fieri posse, minimè ambigendum est, propter *l. eleganter. 22. §. 3. ff. de condict. indeb.* (d) ut in pacto, in quo ut plurimum donationis causa promittitur. *l. 6. ff. de donat. l. 1. & ibi Ruffard. & Cisner. ff. h. tit.* (e) *l. cum ea. 21. & l. transactio nullo dato. 38. C. hoc tit. l. 3. in fin. C. de repud. hered. c. super eo. 7. extr. d. tit. de transact. Cuiac. ad d. l. 1. ff. eod. Donell. in rubr. C. hoc tit. num. 8. Zas. consil. 18. nu. 14. part. 1. Rol. à Valle vol. 4. cons. 28. num. 3. & seq.*

V.

Omnis autem Transactio fit vel generaliter, (a) vel specialiter: (b) & quidem vel pacto nudo, (c) vel acceptilatione: (d) non rarò poena adjicitur: (e) quandoque

A 3

juramen-

juramentum, (f) interdum etiam scriptura (g) accedit.

a) Veluti si transigatur de hereditate, de tutelâ, negotiorum administratione, l. 2. cum similib. C. hoc tit. (b) puta de certis quibusdam rebus seu speciebus, vel parte aliqua bonorum. l. 3. & l. sub pre-textu. 29. C. eod. (c) quando scil. promissio fit absque stipulatione de remittendâ solùm lite. l. 2. ibiq; Cuiac. & l. 4. ff. hoc tit. l. 3. l. 4. l. cum proponas. 17. l. ut responsum. 15. l. si de re. 31. C. eod. (d) d. l. 2. ff. & d. l. 15. C. hoc tit. eaq; vel simplici, vel quæ fit invento modo novandi per Aquilianam stipulationem, ut Iustin. docet in §. 2. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. & uno. 18. §. 1. ff. de acceptil. faciunt huc leges supra alleg. lit. prox. & ea, quæ notat Borcholt. in tract. de transact. c. 2. num. 10. & seqq. (e) quam solvere tenetur is, qui promissa non adimplevit. l. promissis. 37. & l. 40. C. hoc tit. l. pacto. 15. cum l. seq. ff. eod. (f) l. si quis maior. 41. & l. si ex falsis instrumentis. seq. hoc tit. (g) l. si ve apud acta. 28. C. eod.

V I.

His ita positis, elucescit; frustra Dd. inter se digladiari, dum hi transactionem pactum, (a) illi contractum, (b) & quidem nominatum, (c) alii innominatum, (d) alii deniq; distractum esse (e) indistinctè tradunt.

2at. ad l. 1. ff. 54

a) Cuiac. in paratit. C. hoc tit. ~~Pet. Fab.~~ in l. 19 ff. de R. 7. & alii. (b) Bart. & vulgò Dd. in l. iuris gentium 7. ff. de pact. Wesenb. in parat. ff. h. tit. num. 2. & consil. 31. num. 16. Mascard. de probat. concl. 1387. & seq. Hunnius in tract. de transact. c. 1. exercit. 2. (c) Coras. lib. 1. Miscell. c. 23. num. 4. Franc. Hotom. disput. de transact. c. 1. num. 7. (d) Connan. lib. 5. Commentar. c. 6. num. ult. Alciat. in rubr. nu. 8. & novissime Gilken. in prælud. nu. 4. & seq. C. h. tit. ubi plures citat. (e) Jas. in l. si causa. 32. Cod. eod. Loriott. de pact. & transact.

V I I.

Transigere porrò possunt omnes, qui
non

De Transactionibus.

5

non prohibentur [a] naturâ, vel lege. Naturâ; ut qui consentire non possunt, propter animi vitium: [b] quales sunt amentes, furiosi, [c] infantes. [d]

a) Transigere namq; & contrahere, de genere sunt permissorum, arg. l. quod si minor. 24. §. non semper. ff. de minorib. l. sicut. 5. C. de Obligat. & Act. l. in commodato. 17. §. 3. ff. commod. l. 43. §. 1. ff. de procur. & defens. (b) Ea quippe, quæ consensu geruntur, integritatem solùm mentis & animi, non corporis sanitatem exigunt, l. 2. ff. qui testamenta facere poss. l. 3. C. d. tit. l. integritas. 13. l. non minorem. 20. l. sanum mente. 27. C. h. tit. ibiq; Donell. (c) l. 1. §. furiosum. 12. ff. de O. & A. l. in negotiis. 5. ff. de R. I. §. furiosus. 8. Instit. de inutil. stipul. (d) d. l. 5. ff. de R. I. d. l. 1. §. penult. ff. de O. & A. §. sed quod diximus. 10. Instit. de inutil. stipul. VVesenb. in parat. ff. de pact. nu. 5. Vide Ampliss. & Consultiss. Dn. Præceptorem & Præsidentem Harpprecht. ad prin. tit. Instit. de auctoritat. tutor. num. 24. Mutus verò & surdus etiam si expressè consentire nequeant; nutu tamen & signis, vel subscriptione, vel quovis alio modo tacitè id efficere videntur. l. 4. §. 1. ff. de pact. l. in quibuscunq; 48. ff. de O. & A. l. ubi non voce. 124. ff. de R. I. Treutler. part. 1. disput. 7. thes. 2. sub lit. B.

V I I I.

Lege transigere prohibentur impuberes, [a] & qui his assimilantur, prodigi: quibus à lege, vel per magistratum bonis interdictum est. [b].

a) Quorum consensus cùm sit infirmus, multisq; captionib. expositus. l. 1. ff. de minorib. ideo lex illos alieno arbitrio, tutorum videlicet, regi voluit, tot. tit. Inst. ff. & C. de tutel. sine quorum auctoritate conditio illorum melior quidem fieri potest: deterior non item. initio tit. Instit. de auctoritat. tutor. l. obligari. 9. ff. eod. l. contra. 28. in fin. princip. ff. de pact. Cæterùm cùm impuberes sive pupilli sine tutore civiliter non obligentur: quæri poterit; an naturaliter saltem

tem

rem obligari queant? Circa hanc quæstionem licet variè Dd. fluctuent & dissentiant; eorum tamen sententia, qui inter pupillum infantia proximum & pubertati proximum distinguentes, affirmant; hunc obligari naturaliter, illum non æquè, verior mihi videtur, argumento § *sed quod diximus*. 10. *Instit. de inutil. stipulat. Nobilis & Clariss. Dn. Bocerus, Præceptor meus observandus class. 2. disput. 15. thes. 9. edit. 2. & cent. conclus. controvers. II. 12. 13. & sequent. item in tract. de investitura feudi. c. 3. n. 13. Nobilis item ac Præclariss. Dn. Præses & Præcept. colend. Harpprechtus ad princ. tit. Instit. de auctor. tutor. num. 24. cum seqq. & Matthias Stephani. centur. 1. quæst. 87. (b) l. is, cui lege. 18. ff. qui testam. facer. poss. l. 1. & l. Julianus. 10. ff. de curat. furios. l. is, cui. 6. ubi Dd. Bart. Jason, Donell. Duaren. & Cuiac. ff. de V. O. Hunnius in tract. de transact. c. 2. p. 47.*

I X.

Puberes sanè sine curatore constitutos transigere posse putamus; [a] qui tamen, si intra legitima tempora læsos se tali transactione probaverint, restituantur in integrum. [b]

a) *argum. l. si curatorem. 3. C. de in integr. restitut. minor. Donell. & Duaren. ad l. puberes. 101. ff. de verb. oblig. Gædd. de contrah. & commit. stipul. c. 7. concl. 14. & ad l. 21. ff. de V. S. (b) arg. tot. tit. C. si advers. transact. l. de fideicommiss. 11. C. hoc tit. l. 1. C. si advers. rem indicat. l. 9. §. 4. ff. de iureiur. l. non omnia. 44. ff. de minorib. & c. Quod an æquè procedat in transactione juratâ, dubio non caret? Affirmativam uti humaniorem tuentur Bald. in l. 15. §. 2. ff. de iureiur. Cynus & Salicet. in l. 2. C. de rescind. vend. Sed nos negativam juri nostro magis consonam, & æquioram, nec non Imperialis Camera præjudiciis suffultam esse censemus, per l. 1. & authent. Sacramenta puberum. C. si adversus vend. Bart. in d. l. 2. C. de rescind. vendit. Pinel. ad eand. l. p. 3. c. 1. nu. 10. in fin. Donell lib. 21. Commentar. c. 13. Simoncellus in tract. de decretis minor. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. num. 133. cum seqq. Fachineus libr. 3. controvers. iur. c. 11. Geil. lib. 2 observ. 41. nu. 5. & seqq.*

X. Alieno

X.

Alieno quoque nomine rectè transigunt Pater de bonis adventitiis (a) filii familias, (b) in iis scilicet causis, in quibus ei potestas alienandi concessa est, (c) & bonâ fide res geritur: (d) item de dote filiae nomine petendâ: (e) Vasallus de feudo, etiam ignorante domino: (f) Tutores & Curatores super rebus pupillorum, (g) aut minorum: Syndici & Administratores Civitatû vel Universitatum, de rebus Civitatû vel Universitatum: (h) Prælati & Antistites Ecclesiarum, de rebus Ecclesiæ suæ. (i)

a) Nam de castrensi & quasi castrensi peculio, quia nullum jus patris in his versatur. l. 3. C. de castrens. pecul. milit. & jus vicemque patrum filii obtinent, pater transigendo filiis obesse non potest. l. de re filiorum. 10. ff. hoc tit. (b) De bonis filiorum emancipatorum transigens pater, inconsultis jris nocere non debet. d. l. 10. ff. d. tit. Res enim inter alios acta hic dicitur, argum. l. 24. ff. de iure iurando. (c) ad exsolvendum scilicet æs alienum, ad præstanda legata, vel fideicommissa. l. fin. §. 4. C. de bon. quæ liber. & c. Nec enim extra has causas patri res adventitias filii alienare, pignori vel hypothecæ dare licet, d. l. fin. §. ipsum autem. C. eod. vide Nicol. Cisner. ad d. l. 10. ff. hoc tit. Adhæc consensus filiorum adhibendus est: nisi vel peregrè absint, vel in prima ætate constituti, arg. d. l. fin. §. uti autem. 3. & §. fin. C. de bon. quæ lib. Clariss. Dn. Præceptor Bocerus d. class. 2. disp. 20. thes. 11. Caccialupus de transact. quæst. 7. nn. 4. Cuiac. ad d. l. 10. ff. hoc tit. Tileman. disput. 8. thes. 9. An autem decreto iudicis hic opus est? Ita statuunt Jason & Salicetus in l. præses. 12. C. hoc tit. Chassan. in consuetud.

B.

suetud.

*suetud. Burgund. rubr. 6. §. 5. nu. 14. & Gomez. in l. 48. Tauri. ad fin. Nos
 secuti auctoritatem Azonis in d. tit. C. de bon. quæ lib. num. 9. & seqq.
 Bald. Fulgos. Paul. Castrens. Alex. & Aliat. ad d. l. præses. 12. Cod. hoc tit.
 negativam amplecti non dubitamus. Eicet enim oratio D. Se-
 veri, de rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alie-
 nandis, etiam ad patres tutores pertineat, l. si pupillorum. 7. §. si pater.
 ff. de rebus eorum, qui sub tutel. vel cura sunt, & c. non tamen etiam
 ad hos (quatenus legitimi sunt administratores bonorum ad-
 ventitiorum; quippe quorum maior est auctoritas: cum & usum-
 fructum percipiant, rationemque administrationis reddere non
 cogantur. l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. & dict. l. ult. §. 4. vers. hoc
 procul dubio. Cod. de bon. quæ liber.) trahenda est. Cisner. ad dict. l. 10.
 num. 4. Gail. lib. 2. observat. cap. 72. num. 14. & seq. Pinel. ad l. 1. Cod. de
 bonis matern. num. 21. & 44. cum seq. part. 3. Borcholt. de transact. cap.
 4. num. 11. (d) non in gratiam eorum, cum quibus transigit, nec et-
 iam diminuendi causa, argument. l. præses. 12. Cod. hoc tit. & l. contra.
 28. §. ultim. ff. de pact. Debet enim omnem tuendæ rei diligentiam
 adhibere, ut ait Imperator Constantinus in l. 1. C. de bon. matern. ne
 ullo modo conditionem filii deteriore reddat. l. ultim. §. sin au-
 tem. 4. C. de bon. quæ liber. & c. (e) non tamen nisi consentiente filiâ.
 l. 2. §. 1. cum legib. seqq. ff. solut. matrim. Furiosa verò etsi consentire
 non possit. l. 2. Cod. de contrab. empt. Si tamen non evidenter con-
 tradixerit, consentire videbitur patri. dict. l. 2. §. ult. ubi Gothofred.
 ff. solut. matrim. (f) modò nihil fraudulenter agatur. tit. 43. de con-
 trovers. inter vasallum & alium de beneficio. tit. 26. si de feudo defun-
 cti contentio sit inter Dominum & agnat. vasall. §. si vasallus de benefi-
 cio. libr. 2. Feudor. ubi Andr. de Isernia, Alvarottus, & alii, Sonsbec.
 tractat. feudor. par. 12. num. 97. Zas. de de feud. part. 9. num. 19. Borch-
 tractat. feud. cap. 8. num. 44. Clarissimus Dominus Præceptor D. Bocer.
 class. 2. disputat. 20. thes. 10. edit. 2. Schenck. ad dict. §. si vasallus de bene-
 ficio. lib. 3. tit. 4. num. 4. & seq. Tiraquell. variè de utroq. retract. tit. 1.
 §. 1. gloss. 14. num. 66. Clariss. Dominus Præceptor Conradus Rittershu-
 sius p. m. in partit. feudal. lib. 2. cap. 2. quæst. 17. (g) L. Lucius. 4. 6. §. ult.
 ff. de administrat. & pericul. tut. l. pactum curatoris. 22. Cod. de pact. l. si
 pignore. 54. §. ultim. l. interdum. 56. §. penult. ff. de furt. Ut autem eius-
 modi transactio valeat, decretum iudicis cum prævia causæ cog-
 nitione requiritur. tot. tit. ff. de rebus eorum, qui sub tutel. & c. l. non so-
 lum.*

De Transactionibus.

9

l. 4. & tot. tit. Cod. de prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienand. l. 1. & ibi gloss. Cod. si advers. transact. Gail. lib. 2. observat. 72. num. 3. Roland. à Valle volum. 1. consil. 76. num. 16. & seqq. Dissent. Donnell. ad d. l. 22. Cod. de pact. & lib. 3. Commentar. iur. civil. cap. 12. in fine. eumq; referens Hunnius in tractat. de transact. cap. 2. exer. 4. (h) l. præses. 12. Cod. hoc tit. Bald. in l. un. C. etiam per procuratorem causam in integr. restit. agi posse. num. 3. Abesse tamen debet omnis fraudis & simulationis suspicio. Gail. dict. observat. 72. num. 11. Unde & donare, vel ambiciosè jus aliquod remittere non possunt; quemadmodum nec tutores, vel curatores, quibus adsimilantur. Donare enim est perdere & profundere. Cum ergo Administratores Civitatum vel Universitatum sint: res earum conservare, non dilapidare debent. dict. l. Præses. 12. ubi Bald. Fulgos. Alciat. Donellus & Gilkenius. Cod. hoc tit. (i) Panormitan. in c. contingit. extr. de transact. Constal. ad l. 14. ff. de pact. observandus Dominus Præceptor Bocerus d. class. 2. disput. 20. thes. 4. ad lit. e.

X I.

Procuratorem item omnium bonorum, cui tamen libera administratio concessa est, (a) rectè transigere arbitramur: ut & eum, qui in rem suam datus est; (b) etiam procuratorem Cæsaris; (c) haud tamen inconsulto Cæsare.

a) Nam hic sine speciali mandato, quascunq; res alienare potest, si nimirum id è re domini sit. l. qua ratione. 9. §. 4. ff. de acquir. rerum dom. l. procurator, cui generaliter. 58. ff. de procurat. l. insurandum. 17. §. ult. ff. de iureiur. quod non potest procurator omnium bonorum sine libera. l. procurator totorum. 63. & l. mandato generali. 60. ff. de procur. Duaren. c. 1. h. t. de transact. Hotoman. in l. transactiones. 7. ibiq; Gilken. num. 10. & seq. Cod. hoc tit. Julius Pacius cent. 2. c. v. artio. quæst. 47. latè & eleganter novissimè Hunnius in tractat. de transact. cap. 2. exercitation. 1. & 2. (b) Is enim, cui cessa aut mandata est actio, in propria causa magis, quàm in aliena transigere videtur.

B 2

videtur.

videtur. *l. qui stipendia. 9. Cod. de procur. facit l. Sed si tantum. 13. §. 1. ff. de pact. (c) l. nulli. 13. ff. h. tit. l. 1. §. 1. ff. de officio procur. Caesar.*

X I I.

Expositis jam personis, quæ transigere possunt : consequens est, ut dispiciamus, super quibus rebus transactio fieri soleat. Et quidem exploratum est, eam fieri posse super rebus tantum dubiis, (a) & litibus incertis, necdum finitis. (b)

a) Vel propter litem præsentem & jam motam. *l. cum mota. 6. l. cum proponas. 17. Cod. hoc tit. vel propter litem imminuentem, seu metum futuræ litis. l. 2. C. eod. tit. (b) ideoque post rem judicatam, vel jurejurando decisam, cum res non amplius sit dubia & incerta, frustra transigitur. l. si causa cognita. 32. C. hoc tit. l. eleganter Pomponius. 23. §. 1. ff. de condict. indeb. l. 1. & 2. & passim. ff. de iureiurando. Duaren. cap. 2. hoc tit. nisi novæ litis timor emergat, vel sententia per appellationem aut restitutionem in integrum sit suspensa. l. 7. ff. hoc tit. d. l. si causa. 23. C. eod. l. præses provincie. 42. ff. de minorib. d. l. eleganter. 23. §. 1. ff. de condict. indeb. vel si appellatum quidem non sit; appellari tamen provocari vè potuerit; vel etiam negetur, judicatum esse, aut ignoretur. Tunc enim quia adhuc lis subesse potest; nihil obest, quin transactio nihilominus fieri possit. d. l. 7. & l. post rem. 11. ff. hoc tit. Si verò post latam sententiam pars victrix ignoret, sententiam se obtinuisse, sciente id parte victâ; non valet transactio; sed ad instantiam victoris proceditur ad executionem sententiæ, absque ulla restitutione: id quod in Camera Imperiali servari, testis est Mynfinger. cent. 4. observat. 47. n. 2. & seqq.*

X I I I.

De controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, transactio non procedit; nisi cognitis prius, inspectisq; testamenti verbis.

De Transactionibus.

II

l. de his. 6. ff. h. tit. l. 1. §. 1. ff. testamenta quemadm. aper. Tùm quia tales transactiones sunt captiosæ. Multi enim modico presente contenti, magna relictæ, utpote alieno labore parata, & inexpectatò obvenientia, facillè repudiant. *argu. l. 8. in princ. ff. h. tit. Gilken. in l. subprætextu. 29. n. 9. C. eod.* Tùm quia ultimarum voluntatum exitus impediuntur; quas tamen sortiri exitum, publicè privatimq; interest. *l. 1. C. de SS. Eccles. iunctâ l. 3. ff. de testament. Gail. lib. 2. observ. 139. n. 10. Wesenbec. in parat. ff. h. tit. nu. 5.* Ad hæc, quæ lis de his controversiis, ex testamento proficiscentibus, esse potest, ubi testamentum non cognoveris? *Donell. in l. Si causa. 23. nu. 12. C. hoc tit.* An autem hæc dispositio *d. l. 6. ff. h. tit.* locum habeat in testamento nuncupativo, dubitari posset; tùm propter verborum generalitatem: tùm etiam quòd nuncupativum testamentum quandoq; in scripturam redigatur, *l. 2. C. de bon possess. secundùm tabb.* Sed nobis negantium opinio magis arridet; quia ratio dispositionis hîc cessat. In nuncupativo enim testamento veritas aliundè, puta ex testibus; in illo verò non, nisi cognitis testamenti verbis, exquiri potest. Deinde *d. l. 6. ff. hoc tit.* loquitur de testamento scripto; quod ex *l. 1. ff. testam. quemadm. aper.* unde exscripta putatur, haud obscure evincitur. Non etiam inconvenienter hoc in loco quæritur: an inspectioni & cognitioni verborum testamenti à transigentibus renunciari possit? quod voluit *Accurs. in d. l. 6. ff. hoc tit.* cui propterea non assentior: quòd hac ratione privatorum pactis lædatur *Respubl. contra l. ius publicum. 38. ff. de pact. Consentiant Bart. Bald. Salicet. & Cisner. in d. l. 6. ff. h. tit. de transact. Borch. in tract. de transact. c. 3. n. 21. Donell. in l. si causâ. 32. nu. 14. C. eod.*

X I V.

Sic nec de futuris alimentis, (a) quavis ultimâ voluntate relictis, (b) sine magistratûs autoritate, & accuratâ causæ cognitione, (c) favore ultimæ voluntatis, (d) nisi alimentarii causa melior inde fiat, (e) transigere licet.

a) Alimentorum nomine in jure nostro sæpenumero vestes

B 3

& habi-

& habitatio venire solent. l. 6. & l. fin. ff. de aliment. & cib. leg. l. 43. ff. de V. S. idque de alimentis constituendis, quorum causa favorabilis est. accipiendum. l. in testamentis. 12. ff. de R. 7. Hoc verò in loco, ubi de remissione alimentorum agimus, neque ad habitationem, neque ad vestiarium extenditur. Quare & D. Marcus specialiter de his transigi voluit. l. cum hi. 8. §. qui transigit. 12. ff. h. tit. arg. l. 31. C. eod. Sichard. ad l. de alimentis. 8. C. hoc tit. nu. 1. (b) aliud est in alimentis ex contractu debitis. d. l. cum hi. 8. §. 2. in fine. ff. hoc tit. Ratio diversitatis hæc à Duareno lib. 1. disput. annivers. cap. 44. assignatur; quòd hoc ideo jure sit constitutum, ut voluntas testatoris servetur. l. 1. C. de SS. Eccles. quem verisimile sit legatario, qui fortasse frugi non est, sed segnis & incertis vitæ, alimenta particulatim potius, ut de iis omninò pendeat, quàm summam aliquam pecuniæ semel præstari voluisse: ne devorata magis, quàm comesa eâ pecuniâ, esurire tandem, aut mendicare cogatur. d. l. cum hi. 8. §. II. ff. hoc tit. Quæ ratio in alimentis ex contractu debitis, in quibus promissor sibi potius, quàm alimentario prospicit, & ubi obligatio contrahentium consensu inita, mutuo dissensu solvi potest, cessat. l. nihil tam naturale. 35. ff. de R. 7. Sichard. ad d. l. 8. C. h. t. n. 5. (c) d. l. 8. §. in causa. 9. cum duab. seqq. ff. h. t. Menoch. de arbitr. ind. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 270. nu. 6. & seqq. (d) Fr. Hotom. & Anton. Faber in sæpe alleg. l. 8. ff. hoc tit. Connan. lib. 5. Comment. c. 7. nu. 5. Borch. in tract. de trans. c. 3. n. 36. (e) præallegata l. cum hi. 8. §. eam transactionem. 6. vers. quid ergo. ff. h. tit. Clariss. & observand. Dn. Præceptor Bocer. class. 2. disp. 29. thes. 13. ed. 2. Trentl. vol. 1. disp. 7. thes. 4. ad lit. 1. Borch. d. c. 3. n. 43.

X V.

Nec etiam super matrimonio, ad dirimendum illud, transigere permittitur.

Quia in potestate nostra non est, ut matrimonium non sit matrimonium, iuxta dictum Matth. 19. v. 6. quos Deus conjunxit homone separet, & text. in cap. fin. ubi Canonista. extr. de transact. Gail. lib. 2. obser. 94. nu. 14. Schneidevvin. ad §. item si quis postulante. II. n. 28. & seq. Instit. de Actionib. fol. 740.

X V I.

De crimine verò publico capitali,
fangui-

De Transactionibus.

13

sanguinis poenam ingerente, (a) transactio licita est; (b) excepto adulterio. (c)

a) Capitalia crimina alia dicuntur, quorum poenam naturale vel civile caput tollitur; puta ultimo supplicio, aquae & ignis interdictione, deportatione vel metallo. §. 2. Inst. de publ. iudic. l. 2. ff. eod. tit. Hic vero illa nobis demum dicuntur capitalia crimina, quae sanguinis, mortis intellige, poenam ingerunt. argumento l. transigere. 18. C. hoc tit. & l. 1. ff. de bon. eorum; qui ante sentent. & c. l. fin. ff. de praev. varicat. Brechæus ad l. licet. 103. ff. de V. S. Briffon. lib. singul. ad L. Juliam de adult. fol. 180. Cuiac. lib. 6. observ. cap. 11. Aegid. Boss. in pract. crimin. tit. de coitu damnato & punib. Accurs. in d. l. transigere. 18. verbo, capitali. C. h. tit. Connanus lib. 5. Commentar. cap. 7. num. 2. Falluntur hinc plurimi, tam veteres, quam neoterici Doctores: Bart. Bald. Curt. Sen. Purpuratus. Menes. Alciat. Padilla, Gomez. Sichard. Gilkenius & alii in d. l. 18. Cod. h. tit. qui hoc ad omnem poenam, quam sanguis effunditur, ad membri mutilationem vel abscissionem, & ad fustigationem usque, male extendunt; cum tamen hae poenae capitales non sint; quod his affecti libertatem & civitatem retineant, nec mediam capitis deminutionem, multo minus maximam patiantur, argumento tot. tit. Instit. & ff. de cap. demin. l. 103. & ibi Gædd. nu. 4. ff. de V. S. idem de contrah. stipul. c. 6. conclus. 12. num. 134. & seqq. Marant. in Specul. part. 4. iudicior. distinct. 2. nu. 5. Donell. in d. l. 18. n. 9. Matth. Stephan. de iurisdict. lib. 1. cap. 10. nu. 18. (b) l. transigere. 18. C. de transact. ubi Dd. ferè omnes. Ignoscendum enim est ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit. l. 1. ff. de bon. eorum, qui ante sentent. & c. Dissentit Hotoman. quæst. illustr. 23. qui in d. l. 18. verbo capitali negationem contra omnium Codicum fidem proponit, & sensum illius legis novam quadam erroris opinione plane immutat. (c) d. l. 18. Ratio huius exceptionis hae inter plures alias adferri solet: quod olim nec lege Iulia quidem capitale fuerit ad ulterium. argument. l. si quis viduam. 5. ff. de quaest. l. qui testamento. 20. §. mulier. 6. ff. qui testamenta facere poss. & similia. Et licet postea Imperatorum Constitutionibus capitale effectum sit. l. 30. Cod. ad l. Jul. de Adulter. §. 4. Instit. de publ. iudic. nusquam tamen nominatim constitutum reperitur, quod transactio de eo sit valida. Alciat. 5. paradox. c. 8. Cuiac. lib. 6. observat. 11. Delrio ad l. 18. Cod. hoc tit. num. 85. & seqq. Borcholt. de transact. cap. 3. nu. 72. Sed & hae non impro-

Cont. sic arguitur. et
capitali sanguinis po
actio. Atque poena i
tales et qviam capi
fustigationem contin
grandis insequi solet
Oppono. Dd. nu. 2.
notissimum. l. ulti
in amputatione.
se poena sanguinis.
transigere licet
Vbi eadem est ut
Atque ratio l. 18.
Dd. ex qui ante
poenam abscission
Quæstionesq. fi
ris, toties mutati
Sed quando mem
fit reparatio animi
Vbi est in qualib
rit. 2. de animi
tem insert, et con
l. 18.
Ex. l. 18. de statu
mulier. pregnant
sunt mul. d. corda
evident, ita qvrog
mutilari non deb
membr. mutilas

improbabilis istius exceptionis assignatur ratio; quòd transactio de adulterio ex parte accusatoris lenocinium quoddam, & summam turpitudinem arguat: ut & turpitudinem ex parte mulieris; cùm honestius sit mori, quàm de violata castitate transigere: & post transactionem suspicio criminis remaneat. *Ita docet Excellentiss. Dn. D. Bocerus Praeceptor unice colendus class. 2. disput. 20. thes. 15. edit. 2. & Giphani ab eodem laudatus, ad d. l. transigere. 18. C. h. tit. Quid de raptu dicendum? Nos hinc transactionem eatenus admittimus, quatenus non cum adulterio conjunctus est. Quam sententiam communiter receptam esse, testantur Anton. de Padilla, in d. l. 18. nu. 79. Alexand. nu. 12. Salicet. nu. 8. Alciat. nu. 23. Angel. num. 4. Sichard. circa fin. Boer. decis. 91. num. 2. & seq. Borcholt. d. loco numer. 86. & seq. Eadem distinctio & de incestu tenenda est, tradente Clariss. Dn. D. Bocero d. disput. 20. thes. 16. in fin. Stuprum porro cùm capitale crimen non sit; meritò de eo transactio nulla est. §. 4. Inst. de publi. iud. & d. l. 18. C. h. tit. ubi Donell. & Giphani. A superiori regula pleriq; excipiunt *Laesa Maiestatis crimen*; tùm quòd sit atrocissimum, directò ac principaliter ad totius Reipubl. vel eius summi capitis interuersionem spectans; quod detegi manifestarique potiùs, quàm pactis transactionibusq; celari, Reipublicæ interest: tùm quòd cõscii huius criminis jisdem pœnis cum reo sint expositi. l. 5. C. ad L. Jul. Maiest. l. 3. C. de abolit. Bart. in l. utrum. num. 3. ff. ad L. Pomp. de parricid. & iudex etiam invitum accusatorem, pœnam quoq; Senatusconsulti Turpill. perferre paratum, cogere possit ad persequendam accusationem; ut late docuit Gigas in tract. de crimin. laes. Maiest. in rubr. qualiter in crimine Maiest. proced. quæst. 17. Gandin. de transact. in malefic. num. 3. Petr. de Bella pertica, quæst. 531. Hugolinus de la Fontana, Cynus, Menes. & Delrio in d. l. 18. C. hoc tit. Verùm nos amicæ collationis ergò contrarium, quòd videlicet de crimine laesæ Maiestatis licita sit transactio, tueri conabimur, cum D. Hunnio in tractat. de transact. c. 3. exercit. 11. pag. 222. & seq.*

XVII.

Et hoc non solùm in reo, qui sanguinem suum taliter redemptum vult; verùm etiam in accusatore, propter inscriptionis

ptionis periculum, & talionis poenam,
(a) tam ante, quam post institutam ac-
cusationem, (b) obtinet.

a) *l. fin. C. de calumniat. l. fin. C. de accus. auth. sed novo. C. ad l. Jul. de adulter. Delrio ad l. transigere. 18. nu. 62. & seq. Fachin. lib. 1. contro- vers. cap. 8. Dissent. Accurs. & alij, qui dictam l. 18. de reo tantum, non etiam de accusatore propter Senatusconsulti Turpilliani prohi- bitionem accipiunt. l. ab accusatione. 6. l. in Senatusconsultum. 15. ff. ad SC. Turpillian. Quod tamen nihil movet. Verba enim dictae legis 18. C. hoc tit. generaliter tam de accusatore, quam reo sunt conce- pta. Deinde quod legitimè fit, poenam non meretur. l. 4. Cod. ad L. Jul. de adult. & qui permissu Principis ab accusatione desistit, non punitur. l. desitisse. 13. in fin. ff. ad Senatusconsult. Turpill. Ergo nec is, qui autoritate legis transigit. Aliter dissentit Klok, qui dicta l. 18. tantum in actore seu accusatore locum facit, in preparat. c. 2. vide Trent. p. 1. disput. 7. thes. 5. (b) De reo quidem omnes ferè uno quasi ore consentiunt. At de actore major hic est dubitatio; an nimirum is post coeptum iudicium, non impetratâ criminis abolitione, lici- tè transigere possit? Negativam tenet Wesenbec. in parat. de trans- act. num. 5. & Jacob. Ravard. lib. 4. var. c. 6. quæ tamen nobis suspe- cta non nihil est. Vide D. Hunn. de transact. c. 3. exerc. 3. & 4.*

X V I I I.

Neque verò ideo publica criminis
vindicta transactione tollitur, (a) vel
sanguineæ poenæ quicquam detrahi-
tur. (b)

a) Iuri namq; publico privatorum pactis derogari non con-
venit. *l. iurisgentium. 7. §. si paciscar. 14. & §. & generaliter. 16. ff. de pact.*
Itaque accusator de capitali crimine transigens, de suo tantum fa-
cto transigisse videtur: proindeque nihil prohibet, quin idem reus
ab alio denuo deferri & accusari, vel etiam iudex in ipsum ex offi-
cio inquirere & animadvertere possit. *l. 3. ff. hoc tit. l. 1. C. eod. l. si unus. 27. §. pacta. 4. ff. de pact. l. libellorum. 3. in fin. ff. de accusat.* (b) *Julius*
Clar

Clar. 5. fin. quest. 58. vers. sed pone. Anton. Gomez. de delictis. c. 3. nu. 55. & seq. Farinac. lib. 1. quest. crimin. 4. nu. 34. Villalob. in com. opin. lit. T. n. 121. Coler. part. 2. process. execut. 3. nu. 101. & seq. Tilemannus disput. 8. thes. 23.

X I X.

De aliis porrò criminibus publicis
nō capitalibus interdicta est transactio,
(a) præterquam de crimine falsi. (b)

a) *d. l. transigere. 18. C. hoc tit. & l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam, & c. ibi, sed in his demum, & c.* Ratio est: quod hic cessat capitis periculum. Ideoque accusator sic desistens, in pœnam Senatusconsulti Turpill. incidit. *l. 1. §. 7. ff. ad Senatusconsult. Turpill. l. 2. C. eod. l. 3. §. ult. ff. de prævaricat.* Reus autem accusatorem corrupens, habetur pro convicto. *l. fin. ff. de prævaric. l. 29. ff. de iure fisci.* (b) *d. l. 18. & l. pen. C. hoc tit. l. 7. C. ad l. Corn. de fals. l. 2. C. de his, quibus ut indignis, & c. Cuiac. lib. 6. obser. II. & lib. 19. obser. 39. Anton. Goveanus lib. 1. var. lect. c. 30. VVesenb. in parat. h. tit. n. 5. Borch. de transact. c. 3. nu. 93. & seqq. Clarissimi Domini Præceptores, Henr. Bocer class. 2. disput. 20. th. 17. & cent. controvers. conclus. 82. & Everh. Bronchorst. Miscell. controvers. a. 1. asserr. 19. & cent. 1. c. vovtio. asserr. 43. vide etiam Fach. lib. 1. contr. c. 9. Dissent. Donell. ad l. 18. nu. 12. Gilken. nu. 63. Alciat. nu. 63. Loriott. in tract. de pact. axiom. 102. Brisson. in lib. sing. ff. ad L. Iul. de adult. p. 189. Matth. Klok. p. 4. c. 2. VVesenbec. in parat. hoc tit. nu. 5. in fin. Cur autem falsi crimen excipiatur, rationes varix à variis adferri solent. Placet nobis Cuiacii libr. 6. observat. cap. II. qui putat, de falso propterea nominatim esse permissam transactionem; quod plerunque ad privatum commodum & incommodum potissimum spectet. *Delrio ad sæpe allegat. l. 18. nu. 162.* Cum ergo civiliter agitur: de falso semper transigere licet; quia tunc respublica non læditur; non etiam, si post cœptum iudicium criminaliter agatur, ne scilicet publicum videatur vendi iudicium. *Hotoman. quest. illustr. 23. Klok. dict. part. 4. cap. 3. Trentl. disput. 7. thes. 5. sub lit. F. volum. 1.**

X X.

Sed quamvis de his criminibus haud
impunè

impunè tranfigatur: factâ tamen transactione, & accusatore semel ab accusatione desistente, ad accusandum & defendendum eundem reum de eodem crimine non admittitur.

l. 3. C. ad SCtum Turpill. l. qui accusare. 8. ff. de accusationib. Dn. Hun. de trans. c. 3. pag. 114. & seq. item exerc. 5. p. 176. cû seq. & p. 235.

X X I.

Vis & effectus transactionis in eo maximè consistit; quòd lites hâc decidentur ac finiantur, (a) vel ipso jure, puta si acceptilatione facta sit, (b) vel ope exceptionis, si pacto tantùm. (c)

a) Hinc litis appellatur decisio. l. post decisionem. 13. C. de furt. l. cum proponas. 17. l. sub prætextu. 19. l. siquidem. 24. C. hoc tit. l. 3. in prin. ff. ad L. Falcid. quæ non minorem auctoritatem habet, quàm res judicata. l. non minorem. 20. C. hoc tit. vel jusjurandum. l. 2. ubi Bart. & l. admonendi. 31. in fine. ff. de iureiur. (b) l. pen. ff. de solut. l. 3. 4. 5. & 15. C. hoc tit. (c) Ut enim ex pacto non nascitur actio. l. inrisgent. 7. 5. 4. ff. de pact. sic nec ipso jure pacto perimitur actio. l. si unus. 27. 5. pactus. 2. ff. d. tit. d. l. 17. C. de transact. C. is. ad l. 2. ff. eod.

X X I I.

Et in tantum transactio ipso jure finem litibus imponit, ut ne imperiali quidem rescripto resuscitari; (a) nec sub instrumentorum post repertorum prætextu, (b) instaurari debeant.

a) l. causas vel lites. 16. C. h. t. Procul etenim à limine judicii ar- cendi ac repellendi sunt, qui eiusmodi rescriptum adversus transactionem vel rem judicatam impetrârunt. l. fin. C. sententiã rescindi

C 2

non

non posse. l. rescripta. 7. Cod. de precib. Imperat. offer. Donell. Sickingh. & Gilken. in dict. l. 16. etiam si Princeps rescripto expressè addiderit clausulam: non obstante Constitutione d. l. causas. 16. C. de transact. Hunnius in tract. de transact. c. 4. exercitat. 1. (b) l. 19. & ibid. Donell. C. hoc tit. l. Lucius. 78. §. ult. ff. ad SC. Trebell. Diversum tamen est in negotiis publicis, argumento l. Imperatores. 35. ff. de re iud. & in minore, tot. tit. C. si advers. transact. itemque in Republica & Ecclesia. l. 4. C. ex quib. caus. maior. l. 22. ff. eod. l. 7. C. de iure reipubl. Donell. in d. l. 19. nu. 4. C. hoc tit.

X X I I I.

An autem remedio l. 2. C. de rescind. vend. retractari transactio possit, controversiæ est intricatissimæ? Nos, negativam opinionem probabilioribus fundamentis niti, existimamus.

l. Lucius Titius. 78. §. fin. ff. ad Senatusconsult. Trebell. l. sub pretextu. 19. & 29. l. si pro fundo. 33. C. hoc tit. l. à Divo Pio. 15. §. si pignora. ff. de re iudicata. l. ult. in fin. C. de plus petitionib. l. in summa. 65. §. 1. ff. de cond. indeb. Bald. in l. 2. num. 3. Salicet. nu. 6. & Donell. num. 61. C. de rescind. vendit. Connan. lib. 7. Comment. c. 9. in fin. eoque; magis, quòd nec sententia, nec iuramentum, quibus transactio comparatur. l. 2. ff. de iure iur. l. post rem. 56. ff. de re iudic. prætenu læsionis retractetur. l. sub specie. 4. Cod. de iudic. & dict. l. post rem. 56. & leg. non erit. 5. §. dato. 2. ff. de iure iur. Adde, quòd transigens remittat incertum & dubium litis eventum. l. quod debetur. 51. ff. de pecul. qui æstimationem certam non recipit: quomodo ergo is læsionem allegare potest? l. de fideicommissio. 11. Cod. hoc tit. l. si ea lege. 17. Cod. de usur. l. 1. Cod. de pact. Alexander & Iason in l. si quis cum aliter. 36. ff. de V. O. Plures rationes videre licet apud Clariss. Dn. Præs. & Præceptor. observand. ad §. ult. tit. Instit. de empt. vendit. nu. 103. cum multis seqq. Et hanc sententiam, velut veriorem, Camera Imperialis in pronuntiando ac decidendo secuta est, ut tradit Andr. Gail. lib. 2. observat. 70. Ernestus Cothmannus respons. 53. num. 33. & seqq. Borcholt. in tract. de transact. cap. 4. num. 22. Clariss. Dn. D. & Præcept. Bocser. class. 2. disput. 20. thes. 28. & Menoch. consil. 401. num. 157. lib. 5. ubi pro hac sententia

ententia plures Autores citat. Contrariam opinionem probârunt plurimi ex veterib. Bart. ad l. 2. C. de rescind. vend. num. 7. Angel ibid. num. 5. Fulgos. nu. 7. Cagnol. & alij, quos longâ serie recenset Cothmannus d. loc. quam etiam multis Curia Parisiensis Arrestis & auctoritatibus comprobari, attestantur Rebuff. in Constitut. Regis tom. 2. tract. de resciss. contract. art. un. gloss. 15 num. 18. & seq. Costal. in d. l. in summa. 65. in princ. ff. de condict. indeb. & sequuti sunt insuper DD. Wittebergenf. decis. part. 1. c. 11. & Lipsens. decis. p. 1. c. 17. ut & Constitut. Electoris Augusti p. 2. Const. 34. Quibus consentit jus renovatum V. Virtemberg. part. 2. tit. 22. §. ult. Sed licet hi æquitatem imprimis spectent; nos tamen in Scholis Juris Civilis tradita sequimur; quæ & Carolo IX. Galliarum Regi placuerunt, teste Gregor. Tholosan. lib. 28. syntagm. iur. 3. nu. 3.

X X I V.

Cæterum ad transactionis effectum pertinet & illud: quòd si ab una parte lis sit remissa, altera ad dandum vel faciendum, quod transactionis nomine promissum est, agere possit, vel præscriptis verbis, (a) vel ex stipulatu, (b) vel etiam doli actione. (c)

a) l. cum mora. 6. & l. si pro fundo. 33. C. hoc tit. (b) si scilicet stipulatione quid promissum sit. d. l. 6. & l. 33. & passim. Cod. hoc tit. Huic stipulationi si pœna adjecta sit, certi condictio ex stipulatu competit: quâ tamen stipulatione, non simul pœnam petere, & transactionis commodo frui potest; nisi additâ hac clausulâ: *rato manente pacto.* l. cum proponas. 17. & l. ubi pactum. 40. ubi Donell. C. hoc tit. n. 9. & in l. ita stipulatus. 115. nu. 33. ff. de V. O. l. pacto. 15. ff. h. tit. de transact. l. rescriptum. 10. ubi Cuiac. & Faber. in rationab. ff. de pact. l. 24. §. pen. ff. de condict. indeb. Duaren. C. hoc cap. 6. in fin. Hotomanus quest. illustr. 10. Cisner. in l. pen. ff. hoc tit. num. 22. Treutl disput. 7. thes. ult. in fin. vol. 1. (c) l. 4. ibiq. Donell. nu. 2. l. 13. & 19. C. hoc tit. Borcholt. d. tract. de transact. c. ultim. nu. 14. & seqq. Sed quia hæc actio merè subsidiaria

diaria est. *l. 1. ff. de dolo malo*: ideo non tam facile ad eam proflire licet, nisi cæteris actionibus omnibus destituamur. *l. sive apud acta. 28. C. hoc tit. & ibi fas. num. 12. Salic. num. 3. Cynus. n. 12. Alciat. nu. 14. & seq. & lib. 5. paradox. c. 6.* Quod si dolus transactioni initium dedit; an propterea ipso jure sit nulla; an verò per exceptionem & replicationem doli demum infirmetur, non rarò quæritur? Posterius affirmare non dubitamus; propterea quòd contractus stricti juris, qualis est transactio, etiamsi quis dolo ad contrahendum sit indutus, ipso jure subsistant: ex æquitate verò postea rescindantur. *l. dolo. 5. C. de inutil. stipul. l. si quis, cum aliter. 36. ff. de V. O. quibus adde leg. sub pretextu. 19. & l. si ex falsis. pen. Cod. hoc tit. Hunnius de transact. c. 5. exercitat. 7.*

X X V.

Nudo verò pacto transactione factâ, si adversus reum, ob non impleta promissa, vetus moveatur actio, siquidem is transactionis exceptionem opponat; poterit vel in factum, vel doli replicatione submoveri.

l. sub pretextu. 19. & l. sive apud acta. 28. C. h. tit. Francif. Duaren. in Commentar. ad tit. Pandect. de transact. c. 5.

X X V I.

Iuratae transactioni nullo cogente, sed libero arbitrio & voluntate contraveniens Major, non solùm infamiâ notatur; verùm etiam actione privatus, restitutâ poenâ, quæ transactioni inserta probatur, & rerum proprietate & emolumento, quod inde consecutus fuerit, carere cogitur.

l. Si

l. si quis maior. 41. C. h. t. ubi Bart. & Alex. Alcia. Don. & Hotom. Vide authent. Sacramenta puberum. C. si advers. vend. Gail. lib. 2. obs. 59. n. 4. Borch. in tr. de trans. c. ult. n. ult. & Hackelm. illust. disp. 2. th. 22. Hinc pulchræ aliquot resultant quæstiones: an nimirum ad mulierem isthæc quoq; porrigatur cõstitutio? Affirm. tum propter generalitatem verborum d. l. 41. C. h. t. quâ tam masculi, quàm foemina comprehenduntur. l. i. ff. de V. S. tum quod promissa non observare, jurisjurandi religionem violare, repugnet juri naturali, à quo minimè excusantur mulieres. l. i. ff. de const. pec. l. veluti. 2. cum l. anteced. ff. de iust. & iur. Ant. Gabr. com. concl. t. d. trans. concl. 1. Item an verificetur hoc in aliis contractibus, præter transactionem? Quod affirmant Bart. Alex. Ias. Corn. & alii in d. l. 41. C. h. t. Negant verò Riminald. Purpuratus & Alci. eod. loc. arg. c. odia. ext. de R. l. in 6. & l. pen. C. de dignit. quibus & nostrum placet addere calculum. An itidem in transactione, ubi non in specie juratum; sed fides tantum interposita est? Hic disting. Alc. ad rubr. extr. de iureiur. n. 5. & Covar. ad rubr. de pact. in 1. part. §. 2. n. 2. inter fidem Politicam, & fidem Christianam, ubi hanc juramento æquiparant; proindeq; poenæ in ea locum faciunt, secus ac in illa. Fach. lib. 1. controv. iur. c. 12. vers. mihi hac de re cogitanti, & c. Ad universitatem tamen nõ trahi decisionem d. l. 41. C. h. t. plus quàm manifestum est; eò quod universitas minori comparetur. l. respub. 4. C. quib. ex caus. maior. l. rempublica. 3. C. de iur. reipub. lib. 11. dicta verò lex tantum de maiore in specie concepta sit, Cagnol. in d. l. 41. Decius in l. si familia. 9. ff. de iurisdict. Deinde quod perjurium liget ipsam animam; universitas autem nec animam habere dicitur; unde nec excommunicari potest. c. Romana. 5. de sentent. excom. in sexto. Ludov. Roman. cons. 400. Berous cons. 8. n. 36. lib. 3. Nec deniq; ad heredem transigentis prædicta decisio refertur: cum juramentum sit personale; ideoq; nec personam ipsius jurantis, sc. quoad effectum perjurii, egrediatur; etsi heres servare juramentum à defuncto præstitum, & omnia subire heredis onera teneatur. l. si duo. 38. ff. de acquir. vel omit. hered. Canonistæ in c. veritatis. 14. de iureiur. Covar. in c. requisivisti. n. 2. ext. de testam. Fachin. lib. 1. controv. c. 13.

X X V I I.

Cum denique stricti juris sit transactio: (a) ea nec aliis, nisi qui transegerunt, prodesse vel nocere; (b) nec ad alias

res,

res, quàm de quibus actum vel cogitatum est, (c) extendi debet.

a) l. 8. §. 12. & ibi Cuiac. l. 9. §. 1. ff. hoc tit. l. siue apud acta. 28. ubi Jason. nu. 8. & l. cum mota. 6. C. eod. tit. Ideoque nullus poenitentiae hic locus est. l. quamvis. 39. Cod. hoc tit. l. sicut. 5. C. de O. & A. (b) Sic transactio inter scriptum heredem & venientem ab intestato, manumissis & legatariis non praëjudicat; nec facta cum putativo herede, ad verum heredem porrigitur, in l. 3. in princ. & §. 2. ibiq; Cisner. l. 14. ff. hoc tit. l. transactione. 26. C. eod. l. inter debitorem. 47. §. 4. ff. de pact. l. 2. C. res inter alios acta, & c. Duaren. in Commentar. ff. ad tit. de transact. c. 3. vers. secundo circa effectum, & c. Borch. in tr. de transact. c. 4. (c) d. l. 3. §. 1. l. 5. & l. 12. ff. hoc tit. l. 31. ubi Alciat. & Donell. C. eod. Vbi enim consensus deficit, ibi nulla potest esse conventio vel stipulatio. l. 1. §. 1. ff. de pact. Consensum autem eius rei, de qua convenit, anticipatam quandam cognitionem praecedere oportet. d. l. 12. ff. hoc tit. Indeque transactio rei principalis ad expensas non extenditur, arg. l. 3. §. 2. ff. de legat. 3. Lancellot. p. 2. d. offic. prat. tit. de sentent. definit. num. 6. ampliat. 41. Zas. 2. cons. 19. num. 38. A sin. p. 1. prax. iud. §. 32. cap. 2. ampl. 12.

F I N I S.

venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant
ad alium feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.
Haec nūm nomine an fisco commodum Junis Regalis p. 12.
th. 14.
v. f. m. s. n. a. n. y. an i. y. Junis g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 3.
3. coroll. 4.

01 A 6525

ULB Halle


3


002 935 813



12

1007





B.I.G.

Farbkarte #13

Disputatio

9

DE
TRANSACTIONIBVS.

QUAM,

D. O. M. F.

ETO ET AUCTORITATE NOBIL-
& Amplissimi Iurisconsultorum Ordinis in Celeber-
rimâ Tubingensi Academia;

SUB PRÆSIDIO

Nobilis & Praclarissimi JC.

IOHANNIS

APPRECHTI; ANTE-
RIS IN EADEM ACADEMIA CE-
berrimi; Domini Præceptoris sui plurimum
observandi;

summo in utroque jure Gradu &
Privilegiis consequendis;

Publico examini submittit

ORGIVS LANG, NO- ribergensis.

*diem IX. Septemb. horis & loco con-
suetis.*

SS SO

TUBINGAE,

typis Theodorici VVerlini,

ANNO M.DC.XV.

*Præstantis. &
Dn. Grotius
ad examen larg
inuitat. Resp*